



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

CXCV. Markgraf Sigismund vereint mit der Propstei zu Stendal die Pfarre zu Gardelegen zum Ersatz für die davon getrennte Pfarre zu Tangermunde, am 21. October 1381.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

**CXCV.** Markgraf Sigismund vereint mit der Propstei zu Stendal die Pfarre zu Gardelegen zum Erbsatz für die davon getrennte Pfarre zu Tangermunde, am 21. October 1381.

Sigismundus, dei gracia Marchio Brandenburgensis, uecnon Sacri Romani Imperii Archicamerarius, — Sane quia Serenissimus Princeps, Karolus quartus Romanorum Imperator et Bohemie Rex, Genitor noster charissimus, dum primum Marchiam Brandenburgensem sue subdidisset ditioni, cultum diuinum propragare desiderans, Ecclesiam parochialem in Tangermunde, ab olim prepositurae Collegii sancti Nicolai in Stendal exemptae, diocesis Halberstadensis, Ab eadem prepositura Ecclesie sancti Nicolai abstrahens ipsam Ecclesiam Tangermundenfem Collegio Canoniorum Cappelle sancti Iohannis Baptiste in Castro Tangermunde site, quod siquidem Collegium sancti Iohannis de nouo fundabat, rite et racionabiliter incorporauit, promittens atque cesareo decreto statuens, Ecclesiam Gardelegenfem cum omnibus fructibus, Juribus et prouentibus eiusdem Ecclesie Gardelegenfis memorate prepositurae collegii sancti Nicolai in Stendal incorporare, ablate ecclesie Tangermundenfis in restaurum. Et quia predictus Genitor noster diue memorie mortis debito preuentus supra scripti sui conceptum propositum ad finem, vt voluit, non perduxit, Nos igitur patriis ymmo beatis in hac parte vestigijs inherentes, Genitoris nostri propositum non per errorem, sed maturo Consiliariorum nostrorum prehabito consilio diuino inuocato nomine ad finem deducimus sub hac forma, Vt quam primum Ecclesiam parrochiam sancti Nicolai in Gardelege Halberstad. dioc., cuius Jus patronatus ad nos pertinere dinoscitur, vacare contingerit, quod tunc eadem Ecclesia vniri debeat ac debet, quam quidem Ecclesiam prepositurae Ecclesie sancti Nicolai in Stendal antedictae perpetuis temporibus affuturis vnimus per presentes, Ita videlicet, quod illa duo beneficia ab antea distincta tunc vnum sint et esse debeant pari forma, qua ecclesia Tangermundenfis prescripte prepositurae Stendalensi ante distractionem vnita fuerat ab antiquo. Nos quoque et ceteri Marchiones Brandenburgenses, heredes et successores nostri, vniam personam ydoneam pro dictis prepositura et Ecclesia Gardelegenfi indiuisse sub tytulo prepositurae Ecclesie sancti Nicolai Stendalensis extunc in antea quociens vacauerit decano Ecclesie sancti Nicolai in Stendal, qui pro tempore fuerit, debeamus presentare, Non obstantibus literis nostris generalibus uel specialibus, si quas quibuscunque personis super primis vacantijs per Marchiam in quacunque forma dederimus vel daturi sumus in futurum. Datum in Noua Landisberg, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup> octuagesimo primo, vicesima prima die mensis Octobris, nostro Sigillo subappenso, Presentibus venerabilibus viris consiliarijs nostris domino Johanne Episcopo Cznadiensi, Santziwogio Capitaneo Cracouieni, Johanne Bano, curie nostre magistro, Reynhardo de Strele Capitaneo nostro per marchiam, Lippoldo de Bredow, Johanne de Wulkow, Balthazar de Slywen, Ottone Vockinrode, militibus, ac alijs quam pluribus tam spiritualibus quam secularibus ad premissa Testibus fide dignis.

**CXCVI.** Johann, Dechant des St. Marienstifts zu Halberstadt bedroht den Vogt der Grafen von Holstein zu Arneburg Thomas von Görne und das ganze Land Arneburg mit dem Bann und Interdict, am 24. April 1383.

Johannes, dei gracia Decanus Ecclesie sancte Marie Halberstadensis, Judex et Conferuator ad infra scripta a sede apostolica deputatus, Vniuersis et singulis diuinorum Rectoribus per